

Q. 284. Quid denique adhuc notandum sit circa prudentiam Confessarii. 419

CAPUT III.

De adiunctis Penitentiae.

- DUB.I. Quid sit sigillum Confessionis & qui ad illud teneantur. ib.
Q. 285. Quid praeterea notandum sit circa obligationem sigilli. 420
Q. 286. Ex qua confessione oriatur ea obligatio sigilli. 421
Q. 287. Quas sententias expediat sequi circa hanc materiam de sigillo. ib.
Q. 288. Quid addendum sit circa illa, quae dicuntur materia sigilli seu cadere sub sigillo. ib.
Q. 289. Quid addendum sit circa illos, qui obligantur sigillo. 422
Q. 290. Quid praeterea notandum sit circa licentiam loquendi, quam poenitens dare potest Confessario. ib.
Q. 291. Quid praeterea sit notandum circa fractionem sigilli. ib.
Q. 292. An & quomodo liceat aliquando Confessario uti scientia confessionis ad averrenda, vel evitanda peccata. 423
Q. 293. An Confessarius post datam absolutionem, vel in alia confessione, possit non petita venia loqui cum poenitente de auditis in confessione. 424
Q. 294. Quomodo ille, qui obligatur sigillo, debeat respondere, si interrogetur circa materiam sigilli. ib.
Q. 295. Quomodo pro foro externo sit agendum circa materiam sigilli. 425
Q. 296. Qua praeterea circumspessione hic merito sit utendum. ib.
Q. 297. Quae sint poenitentiarum, qui violant sigillum, & quomodo possit in iudicio contra eos procedi. ib.
Q. 298. An expediat consulere Confessarios, quando agitur de promovendo. ib.
DUB. II. Quale praecipuum, & quae obligatio confessionis. ib.
Q. 299. Quid in genere notandum sit circa praecipuum, & necessitatem poenitendi. 426
Q. 300. Quid in genere notandum sit circa praecipuum, & necessitatem confessionis. 428
Q. 301. Quis teneatur praecipuo confessionis annuae. 429
Q. 302. Cui facienda sit confessio annua. ib.
Q. 303. Qualis debeat esse confessio, ut satisfiat huic praecipuo. ib.
Q. 304. Quorum peccatorum confessio sit materia necessaria huius praecipui. 430
Q. 305. Quando, & an etiam saepius in anno fieri debeat confessio mortalium, ut satisfiat huic praecipuo. ib.
Q. 306. Quid excuset ab hoc praecipuo confessionis annuae. 431
Q. 307. Quas poenas incurrat non confitens semel in anno. ib.
Q. 308. Quis sit tenor Bullae Cenae. ib.
Q. 309. Quamnam Decreta circa materias haecenus tractatas emanarint a S. Congregatione Rituum. 434
Q. 310. Quid notandum sit circa ista 365. Decreta. 440

TRACTATUS V.

De Extrema Unctione & Ordine.

CAPUT I.

Quid sit extrema Unctio, & quae circa eam observanda. 441
Q. 311. Quinam hic sint haereticorum errores, vel opiniones aliquorum: & quamnam doctrina Scripturae ac Conciliorum. 442

Q. 312. Quid notandum sit circa varias sententias, quae concernunt materiam, formam, Ministrum & Subiectum Sacramenti Unctionis. ib.
Q. 313. Quid praeterea sit notandum circa Sacramentum Unctionis. 443

CAPUT II.

De Sacramento Ordinis.

- DUB.I. Quid Ordo, quotuplex, & quae eius materia. ib.
Q. 314. Quinam hic sint haereticorum errores, & quae doctrina Scripturae ac Conciliorum. 445
Q. 315. Cum unica sit Ecclesia, quae habere debet utique eadem Sacramenta, quomodo fiat, quod Ecclesia Graeca, & Latina non utantur eisdem materiis Ordinum. ib.
Q. 316. An Presbyterium apud Latinos sine prima manuum impositione collatum sit certo validum. 446
Q. 317. Quid praeterea sit notandum circa varias sententias in hac materia. ib.
Q. 318. Quid addendum sit circa castitatem sacris Ordinibus annexam. 315
Q. 319. Quid addendum sit circa obligationem non ordinandi alienum subditum. 449
Q. 320. A quo Episcopo ordinari possint vel debeant Religiosi. 451
Q. 321. A quo ordinari possint Novitii Ordinum Religiosorum. 452
Q. 322. Quid notandum sit circa suppletionem Ordinum, vel rituum in Ordinatione omisitorum. 453
Q. 323. Quid praeterea notandum sit circa Ordinationem, & Ordines. ib.
DUB. II. Quae requirantur in ordinando. ib.
Q. 324. Quid praeterea sit notandum circa requisita in ordinando. 454
Q. 325. Quid addendum sit circa intentionem requisitam in ordinando, & Ordinate. 455
Q. 326. Quid addendum sit circa litteras dimissoriales. ib.
Q. 327. An, ut quis ordinari possit, etiam necessariae sint litterae testimoniales, seu commendatitiae. 459
Q. 328. Quid Sede vacante fieri possit circa Ordinationem, dimissoriales & testimoniales. ib.
Q. 329. Quid specialiter notandum sit circa iam dicta tempore Sedis vacantis in Episcopatu, in quo alternat Episcopus catholicus & Princeps catholicus. 460
Q. 330. Quid addendum sit circa rituum Ordinationis. 461
Q. 331. Quid addendum sit circa Tempora, interstitia, & locum Ordinationum. 462
Q. 332. Quid addendum sit circa aetatem ordinandi. 463
Q. 333. Quid notandum sit circa proclamationes, consuetudinem & habitum ordinandi; item circa adscriptionem Ecclesiae. 464
Q. 334. Quid sit dicendum circa preces vel Missas, quae in Ordinatione injunguntur ab Episcopo. ib.
Q. 335. Quid notare debeat Neopresbyter consecrans cum Episcopo. ib.
Q. 336. Quandonam legi debeat alia prima Missa. ib.
Q. 337. Quid denique circa Ordinate, & ordinate sit notandum. ib.



LIBER QUARTUS.

De Praeceptis Particularibus certo hominum statui propriis.

Um omnes fideles, sicuti Praecepta Decalogi, ita etiam alia praeccepta, quae pertinent ad statum & officium unicuiqueque teneantur scire sub peccato mortali; ita ut ipsa eorum ignorantia vincibilis (licet non sequatur transgressio) sit peccatum mortale. Sylv. Sair. clar. reg. lib. 2. cap. 9. num. 21. Sanch. Bald. 2. lib. 1. d. 9. num. 8. & 9. hinc post praeccepta omnibus communia, agendum de praecceptis propriis certorum statuum in particulari.

CAPUT PRIMUM.

De Statu Religioso.

DUBIUM I.

Quae sit natura Status Religiosi?

R Efp. Status Religiosus est fidelium ad Divinae charitatis perfectionem tendentium, editis votis perpetuae paupertatis, castitatis, & obedientiae stabilis in communi vivendi modus ab Ecclesia approbatus.
Dico, ab Ecclesia: quia etsi olim Episcopi Religionem approbare poterant, postea tamen in Concilio Lateranensi, sub Innocentio III. statutum est, ne nova Religio inducatur, nisi approbata a Papa. Ratio est, quia cum Religio sit communis sacra, in qua debet esse spiritalium iurisdicatio, haec autem a Papa proveniat, decens est, ut talis communitas ab eodem approbetur, Laym. lib. 4. t. 5. cap. 1. Unde resolvuntur hi Casus:
I. Ad essentiam Religionis non requiruntur vota solemnia, sunt viri Religiosi, uti definit Gregorius XIII. in Bulla Ascendente Domino, Laym. num. 4.
II. Non sunt Religiosi in Ordinibus militaris, qui conjugalem castitatem tantum vovent; sunt tamen veri Religiosi milites S. Joannis, & Teutonici, eorumque similes, cum tria vota substantialia habeant. Similiter ex Fratibus & Sororibus Tertiarum, five Ordinis S. Francisci, five aliorum, tantum sunt Religiosi, qui in Religione approbata secundum certam Regulam tria vota substantialia emittunt, contra autem si non sunt, qui licet tria illa emittant, & communitatem vel seorsim habitant, Regulam tamen a Sede Apostolica approbatam non profitentur, Laym. loc. cit.
III. Religiosi non sunt, qui, edito voto perpetuae paupertatis, & castitatis, obedientiam vovent Confessario aut Episcopo. Ratio est, quia tali voto non subijciuntur iurisdictioni spiritali, quae a Deo, medio ejus Vicario, provenire debet. Ibid. num. 7.
IV. Etsi Papa in votis solemnibus Religionis dispensare possit, ut quis desinat esse Religiosus, non potest tamen dispensare, ut quis manens Religiosus, substantialibus votis non teneatur, quia ad essentiam Religionis spectant, Laym. num. 8. ex Navar. &c.
V. Religiosus promotus ad Cardinalatum, vel Episcopatum, obstrictus manet votis essentialibus suae Religionis; etsi quoad aliquos effectus paupertatis & obedientiae, exemptus censetur. Deinde, etsi iugo Regulae absolutus sit, quoad cultum & poenam, tamen ex obligatione moralis honestatis ea servare debet, quae eum decent, & cum ejus munere consistunt: Hinc quoad habitum, sui Ordinis colorem deferre debet, etsi quoad figuram Episcopis secularibus se conformare possit, ut Clemens VIII. concessit apud Sanch. lib. 6. moral. cap. 6. num. 1. & segg. & num. 34. Imo si Episcopatum relinquit, vel ob culpam deponatur, absque degradatione tamen, non tenetur ad Regularem observantiam redire, quia retinet eminentiam Episcopalem, ob quam ab obedientia Regulari exemptus fuit. Ibid. ex S. Thom. Rodrig. Sanch. &c. Secus est in Cardinali Religioso, qui non est Episcopus, hic enim relicto Cardinalatu nihil retinet ex dignitate Cardinalitatis, ideoque si Papa ejus renuntiationem acceptaverit, tenetur redire ad obedientiam Regularem suis Ordinis, Palaus, Lug. Resp. moral. lib. 5. d. 12.
Theol. a F. Zach. locupl. Tom. II.

VI. Religiosus ad Parochiam promotus cum votis adstrictus maneat, tenetur deferre habitum Religionis, Regularique observare in omnibus, quae cum suo munere consistere possunt. Idque non tantum secundum moralem honestatem, sed sub obligatione gravis culpa, si ad eam Regula obliget; Laym. num. 11. & 12. ubi ait, quod etsi Parochus Religiosus in iis, quae ad Regulam spectant, subiectus maneat Superiori, jam tamen consuetudine multis locis observari, ut non tantum in perinentibus ad disciplinam Ecclesiasticam, sed etiam in perinentibus quae aliis ab obedientia Praelati eximatur, & Episcopo subijciatur. Vide Sylv. Sanch. num. 26.

A D D E N D A.

Quaest. 1. Quid praeterea sit notandum circa requisita ad substantiam Status Religiosi? Resp. Secq.
1. Ad essentiam Status Religiosi non requiruntur omni-modae paupertatis, vel obedientiae, Callr. t. 16. d. 1. p. 1. num. 4. & satis certum est, nam paupertas Scholasticorum in Societate JESU non necessario abdicat dominium, uti expresse habet Greg. XIII. in Bulla, Ascendente Domino. Similiter obedientia non comprehendit omne opus bonum, sed tantum spectantia ad regulam & constitutiones ejusdem Ordinis.
2. Probabile quidem est, quod votum castitatis conjugalis, cum debito ex regula aliquando ablinendi ab uxoribus, si addatur aliis votis in statu ab Ecclesia approbato, constituit Religionem, adeoque ab substantiam Religionis non requiritur votum omnimoda castitatis; uti docent Navar. Suarez, Callrop. Sanch. in Decal. lib. 4. cap. 16. num. 11. Schiara lib. 4. diff. 39. Oppositum tamen videtur probabilius cum Card. Bulemb. supra, saltem nunc post Concil. Later. & Trid. alioque Canones, quavis secundum dicentia lib. 6. p. 3. num. 575. multi dicant, in primitiva Ecclesia, non obstante professione religiosa, potuisse valide iniri matrimonium. Ratio nostra est, quia ad Religionem requiritur votum talis castitatis, quae sit consilium Evangelicum, ad quod spectat sollicitum esse, quae Domini sunt, quomodo placeat Deo, & non quomodo placeat uxori: sic enim divisus est, uti habet Apostolus 1. ad Corinth. 7. v. 38. abstinencia autem illa quibusdam temporibus non vovetur, sed tantum praescribitur per regulam: ergo votum solius castitatis aliunde ex praeccepto debet non videtur fuisse ad statum Religionis.
3. Ut quis fiat Religiosus, necesse est, ut vota substantialia Religionis admittantur ab aliquo Superiore: Nec obstat quod in Constit. Societatis JESU p. 5. cap. 4. in Decal. loc. cit. dicatur vota illius simplicia soli Deo offerri, & non homini, ideoque non dicantur fieri in manibus alicujus; nam considerari possunt, 1. prout sunt promissio, & sic non acceptantur ab homine, quia promissio illa fit soli Deo; aliud est in professione, & in votis Coadjutorum formatorum, quia in illis non solus Deo, sed etiam homini fit promissio, uti patet ex verbis, quibus sumo. 2. Prout sunt formula quaedam ex intentione Ecclesiae, Societatis, & ipsiusmet voventis vim habens se tradendi in jus & corpus Societatis, & sic admittuntur ab homine. Superior enim acceptat, & vult eum Societati incorporare, licet non omnino complete. Videri potest Less. in aut. v. Societatis JESU cap. 3.
Q. 2. Qui sint effectus professionis Religiosae? Resp. effectus 5 professionis in omni Ordine Religioso, item votorum in Societate JESU post novitium emissorum sunt legq. uti ex Suarez, Sanchez, Layman, & aliis fuisse deducit Callrop. tract. 16. d. 2. par. 8.
1. Quod vi illius Religiosus transsit in dominium, & potestatem Religionis: Religio autem vincit obligat eum ad eam, & gubernare.
2. Remissio omnis poenae culpae debet, regulariter ex vi ipsius professionis, vel votorum, tanquam condigne satisfactio: quavis autem Sanch. neget idem fieri per renovationem professionis vel votorum, tamen id affirmant Sa, Layman, & Callropal.
3. Communitatio omnium votorum antecedentium, quae fit non tantum accedente voluntate profitentis, vel voventis, sed etiam absque hac, iure ipsius divini naturalis, ut aliqui volunt, sed, uti probabilius vult Callropal. iure tantum Ecclesiastico.
A
Quod



